

## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacacione, Amissione, Et Extinctione Beneficiarvm ...

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

768. An resignatio seu cessio juris, quod quis habet super beneficio, sit  
publicanda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](#)

**Quæstio 767.** An locum habeat publicatio, & dicta Constitut. Gregorii in Coadjutoria, imperata cum futura successione de consensu Coadjuti?

**R**Epondeo primò: Non habere locum in impetracione talis Coadjutoria. Garc. p. 11. c. 3. n. 275. Caltrop. de benef. d. 8. p. 2. §. 6. n. 9. Gonz. gl. 5. §. 9. n. 72. Ventrigl. loc. cit. n. 83. citans Mandos. de signat. grat. tit. de coadjut. v. si Papa. Novar. sum. Bullar. v. beneficium resign. public. n. 18. Leiva, in Exam. Episc. l. 2. & 58. n. 6. qui licet dicat, secutiū esse, eam impetracionem publicare, ait tamen Ventriglia, praxin parum curare de hac securitate. Ratio responsonis est, quod, licet dicta impetratio videatur habere speciem quandam resignationis, eo quod egat Coadjuti, & Coadjutoris consensu, non sit tamen verè resignatione; cum per eam non dimittatur à Coadjutori beneficium, & sic non possint ei convenire verba, aut etiam rationes dicta Constitutione, non enim tenetur Coadjutor posse possessionem beneficij capere infra tempus in dicta Constitutione prescriptum. Garc. Caltrop. ll. cit.

2. Respondeo secundò: An verò publicatio locum habeat in dimissione, seu cessione Coadjutoria, id pendere videatur ex resolutione sequentis quest.

**Quæstio 768.** An quodque resignatione seu cessione juris, quod quis habet super beneficium, sit publicanda?

**R**Epondeo: Quidquid fuerit de hoc olim, seu inspecto tempore Regularum Cancellariae de publicandis, quo fuisse eam publicationem necessaria, tenet Rebuffi, in dictam reg. gl. 3. n. 1. In negat econtra Sarri, ad eandem reg. q. 20. apud Paris. cit. q. 5. n. 51. quidquid, inquam, sit de hoc, hodiecum ea publicatio est omnino necessaria ob verba clara Constitut. Gregorii: quæcumque dictorum beneficiorum resignations, nec non litis & iurium quorūcumque cessiones: Azor p. 2. l. 7. c. 24. q. 7. in fine. Chok. ad hanc reg. n. 37. Paris. loc. cit. n. 55. qui etiam num. 56. id probat à pari: quod sicut in reali donatione excedente summam 500. ducatorum, requiritur insinuatio, que se habeat ad instar publicationis, ita quoque requiratur insinuatio in renunciatione juris quæsiti, ut Barbat. conf. 41. n. 16. & 17. l. 1. unde Decisionem Rotæ in Pamphilon. 5. Nov. 1584. quâ resolutum, non requiri publicationem in cessione juris super beneficium, procedere, sit Paris. loc. cit. n. 59. ubi cessio facta ad favorem postessoris beneficij, vel ubi constat de validitate tituli antiqui alteri, quam per cessionem, prout declaratum dicit in Tuden. Paroch. 10. Jan. 1587. Et prout absolute quoque idem (nempe in simplici cessione facta ad favorem ejus) qui existebat in possessione beneficij, non esse necessarium publicationem, ut nec expeditionem literarum, sine quibus publicatio fieri nequit, tradit Ventrigl. loc. cit. n. 83. Porro, tamen id certum sit de cessione juris, quod quis habet in beneficio, v. g. dum quis resignat beneficium obtentis nondum Bullis, & sic possessione non habita, ut Chok. loc. cit. Videntur tamen etiam haec procedere de iuribus, quæ habet ad beneficium, cum Constitutione dicat: quorūcumque iurium, & AA. loquantur simpliciter de jure quæsito super beneficium (quale est etiam jus ad beneficium, quæsitus,

v. g. per præsentationem, electionem, vel etiam per Coadjutoriam cum futura successione) & hoc velle videtur Paris. loc. cit. num. 58. ubi ait: & hoc sententia procedit, non solum quando facta fuit resignatione de beneficio, sed etiam de jure quæsito: distinguit enim jus quæsitiū à beneficio, qualiter distinguit non videtur jus in beneficio ab ipso titulo beneficij.

**Quæstio 769.** An comprehendantur quodque Hospitalia?

**R**Epondeo primò: Hospitalia, quæ dantur in titulum, absque dubio comprehenduntur, cum veniant nomine beneficiorum. Parl. l. 11. q. 3. num. 43. & 44. sic decisum restans in Aquilanensi Prioratus. 1581. 14. Apr.

2. Respondeo secundò: Hospitalia quoque concedi solita in administrationem & regimen laicis (qui hospitalarii tutoribus, & curatoribus æquiparantur. Paris. n. 40. ex Gemin. tom. 89. n. 5. Socin. senior, conf. 181. n. 1. l. 2.) ethi appellatione beneficiorum non veniant. Parl. n. 45. citans Clem. quia contingit de religio, domib. §. ut autem Felin. in c. de quarta, de prescrip. n. 14. Gig. de pens. q. 28. n. 33. &c. neque appellatione officiorum. Parl. n. 46. citans Vitalin. in Clem. dispensatio n. 30. & 31. de judic. Cardin. ibid. n. 11. Secundum probabilem & vetiorem comprehenduntur, ethi non exprimantur in dicta Constitutione Gregorii. Paris. num. 47. restans, si decidisse Rotam in Regiense Hospital. 13. Nov. 1587. & 3. Jun. 1588. Ventrigl. toto anno. 4. §. 2. n. 74. citans Novar. sum. Bullar. tit. de benef. resign. public. n. 9. Lott. l. 3. q. 21. num. 28. Rationem dat Paris. n. 48. & 49. quod dicta Constitution fit favorabilis, & in materia favorabili nomine beneficiorum veniant etiam hospitalia talia, pro quo citat Felin. in c. de quarta, de prescrip. n. 15. & 16. Selv. de benef. p. 1. q. 3. n. 9. Lamb. de Jurep. p. 1. l. 2. q. 11. a 11. n. 4. Mandos. in reg. de benef. vac. per promot. q. 5. n. 2. Item in his quoque hospitalibus militante eadem rationes dictarum Constitutionum, requirentium hanc publicationem; nempe ut Ordinarius certus sit, a quo petere debeat rationem administrationis juxta Decretum Trid. sess. 22. c. 9. & quem debeat visitare juxta Decretum ejusdem Concilii, sess. 22. c. 8. An dispensentur fructus pauperibus &c. & ut Coloni scient, quis Rector hospitalis, ad hoc, ut possint ei solvere pensiones. Paris. an. 53. Atque ita cum eadem fit ratio, in his Hospitalibus, ut in beneficiis, & officiis, dicitur hic causa hospitalium comprehendendi in verbis, & sic non extensio. Paris. n. 56. Et dum ratio posita in lege comprehendit plures causas, & de uno tantum ibi fiat mentio expressa, id factum videtur exemplariter; & sic non restringe. Paris. n. 57. citans Iiraq. in l. si unquam, v. libetris. n. 37. Oldr. conf. 185. in fine. Adeoque parifomer disponit quod ad alios causas non expressos, quibus pariter militat. Paris. num. 58. citans Bald. Cravet. &c.

**Quæstio 770.** Quinam teneantur beneficia resignata publicare?

**R**Epondeo: Teneri omnes in universum Refugiatarios, seu qui beneficia ex resignatione obtinuerunt. Sic enim probant verba omnino generalia, & pragmatia dictarum Constitutionum Pii V. & Gregorii XIII. Paris. l. 11. q. 4. n. 1. Azo loc. cit. q. 6. Caltrop. loc. cit. n. 5. Sic itaque facien-